



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac
planè obstupenda, de septem ec-
clesiæ statibus,
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem
calamitatibus ex sanctor[um] pro-**

Pürstinger, Berthold

Coloniæ, 1531

VD16 ZV 12498

De ecclesi[a]e statu q[ua]rto q[ui] d[icitu]r Asce[n]sius. Ca. 13

urn:nbn:de:hbz:466:1-29969

Vinceti^o de
fine mundi.

tia, sed conuictis & insolentia agitari. Expecto modo quid fors tulerit.
VIII § Tandē Vincentius ait quod in tertio ecclesie statu, propter vsum
honorum temporalium Christiani etiam laici in virtutibus multum declinauerunt. Ariana quoque ac nonnullae aliae sectae erroneae iuualescebant adeo quod ob
vitae sanctitatis ruinam etiam status catholicae fidei in eis de haeresibus simul corruisset, nisi deus cum suis doctoribus ipsi ecclesiae subuenisset, tametsi ecclesia ad
pristinum statum seu gradum aureum haecenus reduci non potuerit, quonia de
uotiois ardor in caelum euolauit; Quinimodo ipsa ecclesia quotidie in deterius de
crefcit: Nam in sequenti quarto statu incepit descendere ad medium supra dictae
statuae, cuius venter & scemora erant aerea: & sic argentum ecclesiae vertitur in sco
riam, vnde dicitur: Argentum meum & aurum tulistis. Item: argentum eorum for
ris projicietur, aurum eorum in sterquilinum erit.

mobili

Daniel. 2
Esaia. 1
Iohel. 3
Ezech. 7

De ecclesiae statu quarto qui dicitur assensiuus. Cap. XIII.

Matt. 19

Quoniam post sacrae scripturae scrutinium intelligentia diuinorum in ecclesia non sufficit, aut parum prodest absque vitae perfectione secundum saluatoris consilium dicentis: Si vis perfectus esse uade & vende omnia quae habes & da pauperibus, & ueni, & sequere me: ea de causa ad quartum statum ecclesia ascendit, assumendo perfectam contemplationis vitam in anachoritis caeterisque religiosis deo se assigentibus. De quibus apostolus inquit: Posuit deus in ecclesia virtutes, &c.

1. Corint. 12

Gene. 15

Iudi. 20

Deute. 29

Exo. 16. i. ff.

2. Esdrae. 9.

Leuiti. 19

Exo. 24. 34.

Deute. 9

3. Regu. 19

Marci. 1

Matt. 4.

Luc. 4

Cantic. 3.

Eccle. 46

Amos. 2

Exod. 24

Mat. 14.

Hiere. 4. 49

I § Qui quidem quartus status ecclesiae videtur figuratus quando Abraham horror magnus inuasit, eique dictum est: Scito quod semen tuum erit peregrinum in terra non sua, & affligetur quadringentis annis. Item quando filii Beniamin, quotquot in solitudinem fugere potuerant, federunt in petra Remon mensibus quatuor. Similiter filios Israel dominus adduxit quadraginta annis per desertum ubi non sunt attrita vestimenta eorum, nec panem comederunt, nec vinum & ficeram biberunt, ut scirent quod ipse esset dominus deus eorum. Forfitan comederunt interim manna in deserto quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem. Vnde iidem filii Israel vicefimo quarto anno conuenerunt in ieiunio & in faccis, & quater in die & quater in nocte confitebantur peccata sua, & adorabant deum, ideo quarto anno omnis fructus eorum sanctificabatur, & laudabilis erat domino.

II § Hunc quartum statum tenuit Moyses, quando ingressus medium nebulae ascendit in montem: ubi cum domino fuit quadraginta dies & quadraginta noctes, panem non comedens, & aquam non bibens: ibi enim deus dedit ei duas tabulas lapideas digito dei scriptas. Pari modo Helias sedit subter vnam Iuniperum & ait ad dominum: sufficit mihi domine, tolle animam meam: Sed angelus domini tetigit eum dormientem dicens: Surge comede, grandis enim reficit tibi via: Et ecce ad caput suum subcinericius panis & vas aquae: Comedit ergo & bibit & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus usque ad montem dei Oreb. Huiuscemodi itaque quaternarij veteris testamenti vident significare quartum ecclesiae statum noui testamenti in deserto inceptum a tempore Iohannis Baptistae: qui fuit in deserto baptizans & praedicans baptismum poenitentiae, ubi & Iesus baptizatus & ascendens de aqua, statim per spiritum pulsus est in desertum, ubi ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

III § In quarto nempe statu fuit ecclesia illa, quae ascendit per desertum: Et cui dominus dedit fortitudinem ut ascenderet in excelsum terrae locum. Prout olim deus ascendere fecit Israel de terra Aegypti, & Moyses ac Aaron una cum septuaginta senioribus ascenderunt, ut viderunt deum Israel. Huius equidem ascensus exemplum dedit Christus, quando dimissa turba ascendit in montem solus orare, suosque discipulos in nauiculam ascendere compulit. Identidem per prophetam ait dominus: Consurgete & ascendite ad gentem quietam, & ingressi sunt ardua & ascenderunt rupes. Quod praecipuum seu consilium secuti sunt Anachorites, in quibus caelestis conuersatio resultat, praecipue in desertis Arabiae & Aegypti alijsve locis tali vitae oportunis, quasi ascenderint per desertum Idumaeae. Ascenderunt

I. c. 44. §. 3.

§. eo. §. 5.

I. c. 19. §. 7.

§. c. 11. in ff.

§. c. 12. §. 6.

I. c. 22. i. pr.

§. c. 5. §. 2.

I. c. 31. §. 5.

I. c. 54. i. pr.

I. c. 17. §. 15.

I. c. 32. §. 3.

§. c. 5. §. 7.

I. c. 22. §. 11.

§. c. 7. §. 4.

§. c. 9. §. 2.

I. c. 65. §. 6.

I. eo. §. 10.

§. c. 8. §. 3.

derunt nanq; verticem montis, atq; dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum de quo dominus loquutus est, quia peccauimus.

III § De eisdem Anachoritis fatur apostolus: Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, angustati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, & in montibus & speluncis & in cauernis terræ. Legitur quoq; in ecclesia de Anachoritis, q; per singula eremi loca in speluncis demorabantur, bestijs sociati, ciborum spernentes delicias, luxus seculi calcantes, visus hominum fugientes, angelorum assueti loquelis.

V § Quippe in isto quarto & stricto statu ecclesia stimolata est ab hypocrisis per religionis fictionem, seu simulationem falsorum Anachoritarum & inuidorum fratrum, qui contenebrati ascenderunt in verticem montis. Plures nanq; ob illius status celsitudinem lapsi sunt in hypocrisim, fingentes sui perfectionem. Alij ob religionis difficultatem, fugientes viarum anfractus, sicut diues in euangelio adulescens, tristes in fide apostatauerunt. Multi præterea religiosi à deo suo fornicati sunt, suam frangentes regulam, prout in fracto capisterio nutricis Benedicti significatum est.

VI § Quos omnes apostolus futuros esse præsciuit, scribens: Spiritus autem manifeste dicit, q; in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi, loquentiū mendacium, & habentium cauteriatam, i. adustam & corruptam, conscientiam. Illos etiam Christus increpat, dū ait: Irritū fecistis mandatū dei propter traditionem vestram hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longe est à me, sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Omnis autem plantatio quam non plantauit pater meus cælestis, eradicabitur.

VII § Quartus status est designatus in ecclesia Thiatyre, & per mulierem Iezabel, quæ est hypocrisis, ac etiam per equū pallidū propter congregationem hypocritarum, qui ob vanam gloriā in ecclesia abundant, se in ieiunijs & afflictionibus exercent, vt macilentū pallefcant, sanctiq; coram hominibus videant, ideo mercedem suam per ceperunt. Equus deniq; pallidus significat persecutio nem quam ecclesiæ infligunt hypocritæ, & falsi Christiani, quorū cæcus est falsa religione & palliata astutia pallidus. De quo in Apocalypsi: Ecce equus pallidus, i. hypocrisis, & qui sedebat super eū, nomen illi mors, i. diabolus, & infernus sequebatur eum. Et data, i. permisa est illi potestas super quatuor partes terræ, i. ecclesiæ terrestri, interficere gladio peccati & fame verbi dei & morte, i. doctrina mortifera & bestijs terræ, i. bestialibus institutis. Verum quidem ecclesia pugnādo cum tyrannis ceu extremis hostibus, olim crescebat & roborabatur. Nūc autem deaustatur pedetentim per iustitarios & hypocritas, ceu domesticos hostes qui pro pastoribus lupos agunt, pro angelis lucis angelos Satanæ, pro ministris Christi præcursores Antichristi.

VIII § Tandem & ipsi hypocritæ ac peruersi deuotarij cum tota sua terra puniuntur, quoniam vltimus in Apocalypsi dicitur: Et quartus angelus effudit phialam suā in solem, i. in intelligentiā seu cognitionem vel elucidationem veræ fidei, & datum est illi, s. angelo, afflictiones ecclesiæ futuras reuelanti æstu, i. ariditate & ignorantia temporali, & igni, s. æterno affligere homines. Nā in illis hypocrity terris tēporaliter extincta est catholica fides, vnde eos gehennalis subsequetur ignis, ideo subiungitur: Et æstuaerūt homines æstu magno & blasphemauerūt nomē dei habentis potestātē sup easdē plagas, vt pte erroris, aut ignorantie tēporalis & pœnæ gehennalis. Neq; peruersi egerunt pœnitentiā, vt darent illi deo gloriā, quia propriam & vanā appetūt gloriā. Hæc prophetia impleta est, quando permissione diuina superuenit secta Sarracēnorū & Mahumetica, quæ carnalitatē sequens, vitæ austeritatē, in isto quarto statu introductam damnat. Et sic eadem secta maledicta præualuit atq; placuit leuibus Græcis, cæterisq; quibusdam orientalibus, in suis stultis institutis omnia fere loca heremitica in Asia & Aphrica deaustans vsq; adeo, q; ecclesia ad pauca iam loca sit redacta

Nume. 14

Heb. 11.

In octauo omnium scōrū

Nume. 14

Matt. 19

1. Timo. 4

Matt. 15

Apo. 2

Apo. 6

Mat. 6

Apo. 6

De hoc pulchre Ludo. Vniol. opus. de persec. ecclie. 1. pl. 7

Apoc. 16

Ibidem

J. ca. 65. §. 4

J. ca. 64. §. 5

J. ca. 16. §. 4 &

J. ca. 19. §. 12

§. ca. 12. §. 1.

§. c. 7. §. 9 &

J. ca. 17. §. 11.

J. ca. 14. §. 8.

§. ca. 9. §. 6.

& J. ca. 14. §. 6

J. ca. 39. §. 1.

J. ca. 43. §. 3.

§. ca. 11. §. 6

J. ca. 64. §. 1.

J. ca. 17. §. 2.

J. ca. 50. §. 1.

§. c. 12. i. pri

J. ca. 14. §. 6 in

fi. J. ca. 21 §. 14

§. c. 8. §. 1 p.

§. c. 5. §. 4 &

J. ca. 17. in fi.

J. ca. 34. §. 4

in fi.

J. ca. 45. §. 7

§. ca. 12. §. 7

& J. co. §. 10

J. ca. 19. §. 6.

J. ca. 42. §. 8

Anth. in pt.
hist. ti. 6. c. 1
& 10. pt. ti.
13. c. 5. p. 10.

cta, & in sola pene Latina, seu Europica terra conclusa. Quae etiã non medioerẽ
stragem proculdubio fuisset ppeffa, nisi deo & Carolo magno protegente, eotie
esset defenfa. Error quippe Mahumeticus pualuit christianã religioni in illis po
tissimũ locis, vbi nẽ erat radix bonã vitã atq; virtutũ.

§. ca. 7. §. 5.

Pfal. 38

IX § Insuper quartus ecclesiã status designatus est p ventrem & scemora
ærea statũ Danielis. Nam (vt diffinit Vincentius) es male sonat & voluitur ad
vtramq; partem. Eorunc autem ecclesiã male sonabat, quoniam verbum dei in
speluncis non bene docebatur, licet Anachorite magnopere laborauerint verbo
& exemplo, tamen nihilominus christiani flecebantur ad errores & dulcores,
ac etiam ad puerfos mores. Et forte christiani penitus defecissent, nisi ecclesiã re
mississet sua consueta consilia, & pcepta difficilia, laxioresq; regulas quasi refrige
ria christianis concessisset. Quocirca ad deũ propheta clamat: Remitte mihi vt
refrigerer priusq; abeam, & amplius nõ ero. Nempe illa stricta anachorita: vita
à multis nõ poterat assumi, ideo diutius in ecclesiã vniuersali durare nequit. Hoc
sapiens sentire visus est, dicẽs: Tetigit aut tũc & iustus tentatio mortis, & cõmo
tio in hæremo facta est multitudinis, sed non diu pmanfit ira dei.

§. ca. 44. §. 4

§. ca. 32. §. 8

§. ca. 7. §. 5.

& §. ca. 14. §. 2.

§. ca. 7. §. 4

Cath. Sen.
c. 47. & ca.
54. & 55.

X § Præterea apud Catharinã Senen. reperitur de Anachoritis qd ma
gna vñ sunt pfectione, mentaliter & actualiter dei consilium sequendo, tempora
lia vniuersa contemnendo, corpora sua oratione, vigilia & abstinentia macerã
do. Et licet quis non scit adstrictus actualiter sequi consilia euangelica, tamẽ ea
dem consilia à deo sunt pceptis diuinis colligata, vt saltem mentaliter ea sequi te
neamur, vtpote qui fragilitate aut alia causa impeditus nequit attingere consiliũ
perfectionis, stet iuxta gradum suum in fide & charitate deo & proximo debi
ta. Deus quidem gratiose condescendit humanã fragilitati, vt etiam qui volunt
in seculo viuere, possint in statu salutis esse, ducendo vxorem, gaudendo, emẽdo,
hoc mundo vtendo, sed sint quasi vxorem non habentes, non gaudetes, nõ possi
dentes bona propria, sed tanq; aliena à deo accomodata, quibus frui debet iuxta
diuinã voluntatis beneplacitum. Profecto quod clementissimus deus ab homi
ne exigit, facillimum est: nihil enim est agilius fide & dulcius amore, quem omni
potens à nobis exquirat, vt deum scilicet & proximum diligamus, proprium no
stri amorem posthabendo, ac malas affectiones in nobis occidendo. Quamobrẽ
introducãta est via cõmunior atq; facilior, qua mitigaretur ira dei contra hypo
critas cõcepta, & quã ad condescensuã & mediocrem vitã cõtemplatiuã homi
nes adduceret & Christi fidei cõciliaret, vbi locus pateret gratiã & remissionis.
Nã forsitan iste quartus status representatur p quatuor menses, post quos venit
messis, i. gratia vel remissio quinti status, qui nũc sequitur.

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

§. ca. 7. §. 4

1. Corint. 7

Iohan. 4.

De statu ecclesiã remissio: qui est quintus in ordine. Cap. XIII.

Luc. 9. & Io
han. 6
1. Reg. 21. &
c. 25.

T Vrbe itaq; in loco deserto, videlicet in quarto statu, nõ inuenerunt ef
cas, ideo Christus fecit discumbere quinq; milia hominum, quos pavit
quinq; panibus. Similiter Dauid à sacerdote Abimelech petijt quinq;
panes. Nec non Abigail vxor Nabal placauit Dauid regẽ quinq; arie
tibus coctis, & quinq; satis palentã, de cuius manu susceperat Dauid omnia quã
ei attulerat, dicẽs ad Abigail: Vade pacifice in domum tuã. Ex his quinquenarijs
elicitur quintũ ecclesiã statũ esse remissionis & clementiã. In eodẽ autem quinto,
ac etiam in sequenti sexto statu cõsistit causa & materia p̄sentis collecturã. Quã
obrem eisdẽ ambobus statibus, q; iam simul cõcurrere vidẽtur, diutius immora
bor, pluribus capitulis cõportandis.

§. ca. 13. §. 11.

§. ca. 6. §. 3.

& §. ca. 16. §. 8.

ab hĩc vsq; ad c. 60

§. c. 4. §. 8.

& §. ca. 16. §. 5

Daniel. 2

I § Statua nanq; Danielis deuenit nunc de ære ad tibias ferreas, sed ferrum
est durum ac implicabile vsq; adeo vt non nisi per malleorum pcussionem refor
mari possit. Christiani autem pueri hoc tẽpore sunt ferro asperiores & implica
biliore, vt in eis verificetur illud propheticũ: Cor huius populi induratur tanq;
lapis, & stringitur quasi malleatoris incus. Item humiliauerũt in compedibus pe
des eius, ferrum. i. obstinatio pertransiuit animam eius, quia sicut compedes im
pediunt compeditũ ire corporaliter, sic peccata animam impediũt spiritualiter,
quo mi

Iob. 41

Pfal. 104